Equidem sumpsi hoc mihi, honoratissime, pro tuâ in me omnesque observantiâ ac charitate, quam penitus perspexi, quamdiu Lutetiæ fui, ut familiaritate et quasi pro meo jure hanc narratiunculam ad te scribam. cujus subjectum est aneurisma, quod fuit subito in laterali ac anteriori parte colli cujusdam militis Bonnet cognomine, surrexit, et eodem modo, evanuit. qui miles quadraginta, aut non multo secus, annos natus, primum rheumatismo affectus regium in nosocomium venit, ubi medicamentibus usus, nullo levamine impetrato, Brisacum cisrhenanum, ubi legio, vernacule bresse, cujus erat militans, præsidium agitabat, rediit. ibidem ipso aliquandiu morato in rheumatismique auctionem lapso, repente resurrexit tumor supradictus, quam antea, crassior. qui fluctuatione doloribusq vacuus, oneri non erat, nisi per amplitudinem suumque pondus, quæ tanta erant. ut peranhelaret ægrotans. cujus tumoris centrum aliquid liquiditatis præstabat, quæ ad

sectionem

Sectionem ducebat, nisi timori fuisset
hemorrhagia. quoniam hunc tumorem
opinabamus anevrisma licet pulsus arteriales
abessent. Sed ut meliorem vitam ægrotanti
experiremur, Sectio fuit conventa, quâ
facta, nihil, præter aliquantulum Sanguinis
demanavit. ex hâc Sectione nullus fuit
Locus dubitandi quin hoc tuber Sanguine
mero vel arteriali atque coagulato tumeret,
qui, quâ proportione, dissolutus ex abscessu
diffluebat. Hanc Sectionem tres aut
paulo secus, dies Supervixit æger. cujus
cadaver, tam ob opinionem quam confirmandi-
am obtuli, tam ob æmulationem explorandi
quidquid in hoc latebat, quam ctia hujus rei
peritissimum Dium Laurom, accuratissimè
dissecavi. hanc dissectionem prosecutus ad
arteriam ex carotidibus Sinistram, coagulationes
Sanguineas ruptionem hujus arteriæ, paulo
Supra claviculam ac infra ejus divisionem,
intercludentes reperi. mirum est enim, ac
quasi Supra fidem, quod tantâ ruptione,

major Sanguinis copia non fuisset effusa, ac pulsationibus aneurismati solitis non comitatus fuisset tumor. quod procul dubio è nimiâ vasi ruptione datum erat. præsertim de vaso ab aorta ipsa proficiscente cujusque vis est tanta ut temporis puncto totum sanguinem effunderet. raritate hujus aneurismatis sum impulsus ad tibi hanc observationem communicandam, quam à me expositam atque habitam ad modum singularem ab anatomes ac medicinæ peritissimo, tuæ perspicuitati atque censuræ trado. Sanctissimè jurando quicquid supra dixi, esse verum, quod rogo teque obsecro ut pro consuetudine tuâ excipias, benevole, quod si tibi gratum, dimeas, datâ occasione, aliquot audebo, ut, te duce, fructui vertantur. quamobrem igitur, perdilecte, tibi hoc a me narratum recipio, quo majorem quisque fidem proposito habeat. vale, mosque amare perge.

Chretien Dr apud nosocomium militare Chirurgus.

Colmariæ 30 junii 1739. in superiori alsatiâ.

aneurisme par Mr Chretien de Colmar
on a ~~eu~~ des éclaircissements